Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



228

decurioni qui militi praeest uel tribuno. solenti uno re barbari iuran
tes per daemones suos. qui ad deducendas bastagas pacti fuerint.
uel aliqui ad seruandas fruges ipsas. singuli possessores uel conductores
solent ad custodiendas fruges suscipere. quasi iam fideles epistolam
decurione mittente. uel singuli transeuntes per ipsos transire.
Mihi disceptatio in corde nata est si ille possessor qui susciperit barbarū
cuius fides per demonum iurationem firma uisa est non coinquinatur.
uel ipse uel illa quae custodit. uel ille qui deducitur ad deductore barbaro.
Sed hoc debes scire. quia qui iurat barbarus. a possessore pseruandis
frugibus accipiat aurum. uel auiatore deductor. Sed tamen cum hac
uel ut in mercedem quae solent dari a possessore uel auiatore. iuramentū
etiam illud in medio est mortale. datum decurioni uel tribuno. quod per
turbatme repolluat illum qui suscepit barbari iuramentū. uel illa
quae custodit barbarus. Quicumq: enim conditione etiam auro dato
et obsidibus datis. ut audiui tamen iuramentū iniquum medium inter
cessit. dignare mihi autem definite uere scribere et non suspense.
Quod si ipse scribas dubitanter. ego maiores dubitationes incidere
possum. quam antequā interrogassem. Hoc etiam audiui quia ipsi
homines conductores qui praesunt rei meae. iuramentū. p daemones
suos iurantibus barbaris accipiunt. pro reseruandis frugibus.
Si cum illi ergo iurant p daemones suos ut custodiant fruges non polluunt
ipsas fruges. ut si inde manducauerit xp̄ianus sciens. uel de pretio
ipsarum rerum fuerit coinquinetur. significare dignare. Item
ab alio audiui quod conductori non iuratur a barbaro. et alter dixit.
quia iuratur conditori. Si etiam falsum mihi dixit ille. quia dixit
iurari conditori. si iam p hoc quod solum audiui. non debeo uti de ipsis
frugibus. uel de pretio ipsarum ppter auditum solum. quia dictū est.
Si quis autem dixerit. hoc immolatitium est idolis. nolite manducare
ppt̄ illum. Si tamen etiam haec causa similis est causae de immolatitio.
quod si ita est. quid debeo de ipsis frugibus uel de pretio ipsarū facere.